

Z.

Psalmi latino et graeco idiomate

Undique haec in unum conportata fuere psal-
morum fragmenta, cum alia manuscriptoris co-
dicibus, alia libris impressis, alia archivii regi-
stris adglutinata deprehensa sint. contigit unius
paginae unam partem huius libro, aliam illi,
tertiam alteri pro tegumento operculi inferri-
isse.

Voces graecas Latinis scribere litte-
ris quondam insolitum non erat, cum ex ma-
nuscriptoris nostris codicibus liturgicis plures
supersint, qui id tentatum fuisse doceant,
ecclesia Bambergensis ^{Pro}vicium psalterium,
abs imperatore Henrico sancto Donatum inter
cimelia numeret, quod Salomon abbas noster
et episcopus ^{non} idiomate hebraico, graeco, latino
et romanico ^{+ sed duplici nomine ca. 1170} litteris Latinis conscribi iusserat.
Neugant quod constant. ^f Habent sic scripti codices
id emolumentum, quod nos certos faciant, quoniam
modo Teutones saeculo nono et decimo graecas
litteras pronuntiaverint.

f et catalogus codicum in off. cathedralis Colonienae.